Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

frugi.
Quid sit frugalitas

Liberalis
Prodigus
quis sit.

sed omne ostium solius animae conseruatione metimur: Quod si ut
supra docui patrimonio minime pendendum est: ut humanitate iusti
tiamq; tenamus: non est uirtus frugi esse: Quod nomen spe uirtutis
fallit: ac decipit: Est n. frugalitas abstinentia quidem voluptatum. sed eo
rutum. Qua exhibendi amore descendit: Cum sit & voluptatibus ab
stinendum & pecuniae minime pendendum: Nam parce i. mediocriter ut
pecunia. qi quedam pusillitas est animi. aut timentis: ne sibi desit: aut
desperantis posse se illa repare. aut contemptum terrestrium non capientis. Sed
illi rursus eum: qui rei familiari suae non parcat prodigum vocant: Ma
ta liberalem distinguunt a prodigo. qis liberalis sit: qui & bimenius & cum
oportet q̃tum satis est: largiatur: Prodigus vero. qui & non mentis. & tũ opo
non est. & sine respectu rei familiaris effundat: Quid ergo prodigum ne
dicemus eum: qui mte causa tribuit egentibus victum: At qui multũ refert
utrum ne scortis propt libidinem largiare. an miseris pp humanitatem. utr
pecuniam tuam pducteris. aleatoris. lenonis deripiant. an illam pietati
ac deo prestes. utrum ne illam uentri & gule ingeris. aut in thesauro ius
ticie reponas: Vt ergo uitiũ est effundere in malam partem. sic in bo
nam uirtus: Si uirtus est non parcere opibus: que possunt reparari ut
hominis uitam sustentes. que reparari non potest: Vitium igitur p
simonia est: Quare nihil aliud dixerim q̃ insanos: qui hominem mite
ac sociale animal orbant suo nomine: qui euulsis affectibus: quibus
omnis constat humanitas. ad imobilem stuporem mentis pducere
volunt: dum student animi pturbationibus liberare & ut ipsi dicunt
quietum tranquillumq; reddere: quod fieri non tantum pot. Qua
nis & ratio eius in motu est: sedne oportet quidem. Qua sicut aqua
semper iacens & quieta in salubris & magis turbida est: sic animus mo
tus ac torpens. inutilis est & sibi nec uitam ipsam tueri pot: Qua nec
faciet quicq̃: nec cogitabit: cum cogitatio ipsa nihil aliud sit: q̃ mentis agi
tatio. Demq; qui hanc imobilitatem animi asserunt: priuare animũ
uita volunt: Qua uita actuosa est: mors quieta: Quedam & recte p
uirtutibus habent: sed earum modum non tenent: Virtus est constan
tia: non ut inferentibus iniuriam resistamus: His n. cedendum est:
quod cur fieri debeat mox docebo. sed ut iubentibus facere non contra
legem dei iussionem hominis preferamus: Item uirtus est morte con
tempnere: non ut appetamus: eamq; nobis ultro inferamus: sicut plu
rimi plurimi & maximi sepe fecerunt: quod est cesedentum ac nephan
dum: sed ut coacti deum religione ac fidem prodere mortem suscipe malimus